Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26460
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uulgata narrare. Sed que mihi ꝑfideles uiros compta sunt explicabo. Habitant pleriq; in heremo sine ullis tabernaculis quas anachoritas uocant. uiuunt herbarū radicibus. nullo umquā certo loco cōsistunt. ne ab hominib; frequententur. qua nox coegerit sedes habent. Adquirendā igitur hoc ritu atq; hac lege uiuentē. duo exnitria monachi licet longa & diuersa regione. tamen quia olim ipsis in monasterii conuersatione carus & familiaris fuisse & auditis eius uirtutibus tetenderunt. Quē diu multūq; quesitū. tandē mense septimo reppererunt in extremo illo deserto qd est memphis contiguū demorantē. quas ille solitudines iā ꝑ annos duodecim dicebat habitare; qui licet omnium hominū uitare & occursus. tamen agnitos non refugit. sed carissimis ꝑ triduū ñ negauit. Quarto die aliquantulū ꝓgressus. cū ꝑseque